



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 76. Isacci Perieri hypothesis de Præadamitis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](#)

Sæc. XVII. & vigilantiam, in providendo circum  
A. C. 1655. spectionem, in colloquendo humana  
tem, in consultando integritatem, perficiendo assiduitatem, in perse-  
do tolerantiam, atque in patiendo  
ram animi æqualitatem præferere  
adeo, ut tot tantarumque rerum ac-  
tutum unice capax potuerit esse anima  
magna Alexandri Maximi.

## §. LXXVI.

*Isacci Peireri hypothesis de Pr  
adamitis.*

*Abrege de l'Hist. Eccl.* **H**oc item anno Isaccus Peirerus Be-  
tome. 3. degalæ in Galliis natus in luce  
pag. 462. edidit librum suum, cui titulus: *Stema Theologicum ex Præadamitanis*.  
*Sianua Lex.* hypothesi, seu exercitatio super veritate  
*Pol.* duodecimo, decimo tertio & decimo quarto  
capitis quinti Epistolæ Divi Pauli ad Romanos: Hic author in præfato libro  
comprobare nitebatur, duplicem futuram  
hominum creationem, quarum pri-  
fuisset sexta creationis die, quando  
Deus creavit masculum & foemina-  
seu juxta hunc somniatorem, in omnibus terræ partibus mares & foeminas  
**ex** quibus Gentiles fuerunt progenies.  
altera autem creatio multis post tempora  
lis sequebatur, ubi Deus creavit Ad-  
mum, ut esset Pater particularis populi.

puli sui, qui postmodum nominabatur *Sæc. XVII.*  
 populus Judaicus: Hunc suum errorem *A.C. 1655.*  
 fulciebat verbis Divi Pauli, dicentis:  
*usque ad legem peccatum erat in mundo;*  
*peccatum autem non imputabatur, cum lex*  
*non esset:* Hæc ergo verba de lege Mo-  
 saica haud intelligi posse contendebat,  
 eoquod sacer textus mentionem faciat  
 de supplicio Caini, Sodomitarum, plu-  
 riumque aliorum, proin intelligenda  
 esse de lege, quæ Adamo data fuisset:  
 inde vero inserebat, quod quidem ho-  
 mines ante Adamum extiterint, qui-  
 bus peccata non imputabantur: Enim-  
 vero in Epilogo Lectori persuadere nite-  
 batur, se cuncta hæc exercitationis  
 gratia scripsisse, seque totum Ecclesiæ  
 judicio submittere, suæ tamen falsitatis  
 labem ideo non purgavit. Quantumcum-  
 que crassus sit hic error, immerito ta-  
 men Heterodoxi succensent Peirero;  
 quamvis enim ex Genesi, & D. Paulo  
 discere potuisse, quod Adam fuerit  
 primus homo, & Eva vocetur Mater  
*cunctorum* viventium, privatus tamen  
 ejus spiritus, postquam etiam Divinum  
 Lumen in omni humilitate, suique dif-  
 fidentia exoraverat, eidem dictabat,  
 textus Divi Pauli ad Romanos sistema  
 Præadimitarum stabilire, oppositos vero  
 ex ipsis præfatis textibus esse inter-  
 pretandos: in sua autem interpretatione

*r. ad Cor.  
cap. 15. v. 25.*

Sæc. XVII. secutus est unicam Regulam, scilicet  
 A.C. 1655. S. Scripturam juxta internum spiritu  
 privati testimonium intellectam; ut  
 enim Peirero fortius jus habent Her  
 rodoi ad Scripturam ita interprete  
 dam. Ceterum hic novi commentarii  
 ber haud multos numerabat Sectatores  
 imo ipse met, postquam anno sequente  
 Bruxellis captus, inque carcerem de  
 tritus fuerat, librum suum execratus  
 coram Alexandro VII. Papa anno Christi  
 millesimo sexcentesimo quinquagesimo  
 septimo sua commenta ejuravit, hunc  
 que Phanaticum Theologorum non paucum  
 ac præcipue Natalis, Micraelius, Dard  
 verus, Maresius, aliquique impugnauit

## §. LXXVII.

*Occasio epistolæ Arnaldinæ ad quo  
 dam Ducem & Franciam  
 Parem.*

Dupin Hist.  
 d'Eccl. t. 4.  
 §. 10.  
 Vid. supra  
 §. 25.

Quantumvis Cleri Gallicani senten  
 cias contra Jansenistarum interpre  
 tiones a Pontifice confirmata in univer  
 Regno summa cum veneratione suscep  
 recepta, non deerant tamen, qui cle  
 Jansenii librum ac doctrinam tuerant  
 hos inter præcipuus erat Antonius de  
 naldus Sorbonæ Doctor, qui quidam  
 per integrum biennium post editam In  
 nocentii X. Constitutionem obsequio